

Q. N.  
374, 7.

X 1863131

II h  
117

De  
**GALLO RUM**  
GENIO AC MORIBUS,  
Ad  
JOAN. BARCLAJ, Iconem Animor.  
PRÆSIDE  
**GEORG. CASP. KIRCHMAJERO,**  
Orat. P. P.

*Disseret in Auditor. Major.*  
*VVITTEBERGÆ, die XXVII. Novembr.*  
*ANNO cId Idc LXXX.*

RESPONDENS  
**CAROLUS CLEOPHAS,** Holmiã Svecus.



SIEUR DE LA MOTHE LE VAYER, Tom. I. operum, tit. de la Contrarieté  
d' humeurs p. 157.

*Un François ne peut estre mieux defini, qu' en disant, qu' il  
est un Espagnol renversé.*

65.

Typis MATTHÆI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.





GALLIUM

GERANIUM

JOHN BAPTIST

GEORGE CARL

LEONHARD

CAROLUS







SACR. REG. MAJESTAT. SVEDIAE.

A. CONSILII. SECRETIORIBUS.

ETC. ETC.

*VIRO.*

*GENEROSO. EXCELLENTISSIMOQVE.*

DOMINO.

DN. FRANCISCO.

JOEL. AB. *Dehrenstett.*

REGIS. DELICIO.

ATQVE. LITERARUM. PATRONO.

INCOMPARABILI.

*DOMINO. AC. MECOENATI. MEO.*

*SUMMO.*

QVI. UT. PUBLICO. PATRIAE. PRIVATOQVE.

SUORUM. BONO. EX. CLIENTUM. VOTO. DIU.

SUPERET. SUPREMUM. NUMEN.

ORO.

*ATQVE.*



ATQVE.

UT. HANC. DISPUTATIONEM. ACADEMICAM.  
SERENA. FRONTE. ACCIPIAT.

MEAQVE. SIBI. STUDIA. COMMENDATA.  
PORRO. HABEAT.

EA. QVA. DECET. OBSERVANTIA.  
CONTENDO.

GENEROSI. EJUS. NOMINIS.

PERPETUUS. CULTOR.

CAROLLIS. CLEOPHAS.

Holm, Svecus.



Ad

JO. BARCLAI, Icon. Animor.

CAP. III. seqq.

De

GENIO AC MORIBUS  
GALLORUM.

**I** Oti populo ingens amor & pati-  
entia dominantis.) Ad partem  
gloriæ non pertinet postremæ, quod  
de veteribus Germanis refert Tacitus,  
in, de horum moribus, libello: *Illum,*  
(Principem) defendere, tueri, sua quoque  
fortia facta gloriæ ejus assignare, præcipuum sacramentum.  
Principes pro victoria pugnant: Comites pro Principe. A  
Germanis abiit ad Franco-Gallos laus, amare etiam vel ma-  
ximè iratum Regem: vitam, sanguinem, & si quid charius  
existeret, impendere salutem ejus: fortia illius facta soli Re-  
gis gloriæ assignare. Est videlicet hoc inter artes Aulici ob-  
sequii præcipuum, amare ac laudare Principem. Quod  
qui minùs curæ habent monitum administri, nec honori-  
bus sunt cumulandi magnis, nec à latere ferendi Comites.  
Vim ejus explicant non satis, qui duntaxat de ingenio sive  
Regis, sive gregis obiter loquuntur; cum potior sit ratio in  
sanctitate Regii auspicii. Ministri quippe est, non tantum  
A se

¶  
Gallorum  
quantus in  
Regem amor?



se submittere affectui ipsius Principis, sed credere etiam ac  
intelligere, fortunam Domini & gloriam divinitus fastigio  
assignatam Principali, privatorum ausu temerè haud pro-  
culcandam. Noverat *Joabus* hoc in excidio Urbis *Rabba*:  
noverat *Agrippa* scientissimus parendi, ex elogio *Velleji* ad  
*Augustum*. Multa memoratu digna de hoc argumento No-  
bilis. *Forstnerus* ad 3. *Tacit. Annal. not.* & πολιτικῶτατ  
*Bœclerus* de Ausp. Reg. c.4. nosq; alibi de Arcan. Rer. publ.  
ad *Clapmar. lib. 3. c. XI.* Illud singulare penitus de gente  
Franco-Gallica; quòd, cum à libertate nominis & originis  
antiquitatem suam referat, in moribus, deinde in sermoni-  
bus, inprimis apud exteros profiteatur libertatem, aut li-  
centiam persèpè, patienter tamen ferant Monarchiæ abso-  
lutioris dominationem. Solus, sponte suâ, inter populos ci-  
viliores Christianos jugo Regio submittit colla, genius Gal-  
lorum. Inde est, quod *Francisci I.* Regio Legato dixerat Ele-  
ctor *Moguntinus*: (ut est apud *Sleidan. histor. lib. 1.*) *Rex*  
*propè solus omnia tenet. Animi fortitudinem illi tribuunt;*  
*sed ad Monarchiam ista spectant: Nobis autem inprimis Ari-*  
*stocratiæ retinenda est.* Pertinet huc planè illud quoque Do-  
mini D. T. V. Y. en ses Discours de l' Estat du Royaume de  
France, titr. de moers des François, p.62. *Il (peuple) ay-*  
*me ses Roys plus qu' aucun autre peuple de la terre, & l' on*  
*peut dire, qu' il est plustost plein d' une affection franche*  
*en leur endroiçt que d' une crainte servile de leur puissance.*

¶  
Quanta Regis  
Francia pote-  
stas?

*Apud illos verè regnatur, nefasq; quan-*  
*tum Regi liceat, dubitare.) Le Roy de France est*  
*tout puissant en son Royaume, de Rege quondam di-*  
*xerat non nemo Aulicorum. Benjaminis etiam Prioli (accu-*  
*rati*



rati hodiè Scriptoris Gallici) vox illa de *Cromwellio*, usurpatore Regni Anglicani fuerat hist. lib. 2. de reb. Gall. §. 45. *Non minorem ipsum, quam Rex Galliae auctoritatem habet, quæsiuisse; de quo, quantum possit, dubitare nefas sit. Solum illum etenim regnare verè.* De titulis, præ-  
eminentiâ potentiâqve Regis Franciæ *Limneus* in Notit. Regn. Franc. ex instituto egit l. 2. c. 6. per testes atqve testimonia prolixo numero; ut nostrum non sit, expilare scriinia illius. Breviter, sed exquisitè judicat de Majestate Regis, ex novissimis famigeratus Autor *Chapuzeau* en l' Europ. vivant. tabl. 4. p. 281. *En France le Roy est entierement absolu; & comme il n' abuse point de ce grand pouvoir, tous les Ordres sont soumis, & chacun luy obeit ave joye.* De imperii hæreditaria transmissione idem: *Le gouvernement de la France, scribit, est le plus excellent de tous les gouvernemens; il est hereditaire & successif, & ne tombe jamais dans la main des Femmes.* LILIA videlicet NON NENT. De sacratis. persona Regis hodierni, LUDOVICI Magni XIV. post summariam recensitionem factam subdit denique: *En fin, ce n' est pas dire assez, que de dire, que la personne du Roy est toute admirable, & que sa conduite est plus qu' humaine; ce n' est pas assez de dire, qu' il est puissant, qu' il est bereux, & regarde avec admiration de toute l' Europe.* Cæterùm de illimitata Galliarum Regis potestate, præter *Bignon*. l. 3. de l' excell. des Roys de France, *Charron*. en l' hist. univ. chap. 91. & les Antiquités & recherches de la grandeur & Majesté des Roys de France liv. 3. chap. 2. eleganter admodum *Sieur de la Mothe le Vayer*, au prem. tom. des oeuvres, titr. de l' instruction de Monseignr. le Dauphin, f. 28. *La grandeur & la superiorité, ait, de Monarchie Fran-*



çoise est establit sur toutes celles de la terre. Idemq; tomo 1. rari operis, (ex quo hæc porrò liceat depromere,) cap. 9. f. 904. seq. scribit: *La puissance des Roys de France est telle, que nous disons, il ne s'ensuit pas pourtant, qu'elle n'ait point de limites, ny qu'il luy faille donner toute l'estendiue que quelquesuns ont voulu faire, ou par flaterie, ou par un zele en leur endroit, & prejudiciable, & tout à fait indiscret. Il est vray, que le pouuoir de Vostre Majesté ne releve que de Dieu & de l'espée, ne reconnoissant point icy bas de supérieur. Mais, on ne peut pas conclure de là qu'il soit sans bornes, & l'on ne scauroit sans offencer la Toute-puissance de Dieu, qui seule est infinie, attribuer une aussi ample jurisdiction qu'est la sienne, à quelque Souuerain que ce puisse estre. Infinitam Regiæ Majestatis potestatem isti agnoscant, qui infinitam Divini numinis omnipotentiam non credunt. Il faut examiner cette doctrine avec le respect qui est deû au Ciel, sans prejudicier à celui qu'on est obligé de rendre aux Couronnes de la Terre. Premièrement, Sire, Vostre Majesté doit reconnoistre, qu'elle ne peut rien qui soit contraire aux commandemens de son Createur, ny au droit de la Nature, qui nous obligent d'adorer un seul Dieu; d'honorer ceux qui nous ont mis au monde; & de rendre à chacun, ce qui luy appartient. Existimat egregius Philip. Comin. l. hist. 5. c. extr. parùm commodè ad Gallici Monarchæ gloriam sic dici: Noster Rex inter omnes Mundi minimum causæ habet, utendi his verbis: Mibi privilegium est, à subditis meis exigendi, quæ volo. — Neq; ei honorificum aliquid faciunt, qui hæc de eo talia loquuntur, studio existimationem augendi; cum odium metumq; ejus apud vicinos proferant, qui nullo pacto sub imperio hoc audito esse velint. Modum meliorem igitur*  
sup-



suppeditat ibidem: *Sed si vel Rex ipse noster, vel qui Majestatem ejus locupletare volunt, ita dicerent: Mibi sunt subiecti tam probi fidelesq; ut nihil petenti negare velint, majorq; mei penes eos reverentia, quam cuiquam est aliorum apud suos Principum. Hi patientissimè sub meo moderamine ferunt omnia mala, & quam ocysimè acceptorum damnorum obliviscuntur; eo ego sermone existimem non mediocriter laudes ejus propagari posse. Ostensum tamen fuit antea, non tam coactè, quam ingenito amore gentis erga Regem tantam obsequendi promptitudinem inesse Gallis. Etsi ergo Lansius pro Gall. oratione, Regnum Franciæ comparaverit cum prato florentissimo, in quo pascantur infiniti ovium greges aureis velleribus, quæ tonderi possint, quoties libuerit Pastori; fatetur tamen, illam libertatem potentissimam & potentiam liberrimam Franciæ Reges omnium virtutum excubiis ita circumsepiisse; ut nemo de injuria conqueri possit.*

*Gens armis strenua,)* Pari ferè sensu André du Chesne en ses Antiqu. & recherch. du Pays de Picardie, chap. I. prem. part. p. 406. *Les Gaules sont l' une de plus vaillants & genereuses nations du monde. Strenua gens armis semper visa est Romano nomini. Urbs domina, à Gallis occupata & incensa, Italia omnis, Græciaq; vetus locuples est testis. Cæsar passim confitetur. Locus singularis meritò habendus ap. ipsum l. 6. B. G. ubi post Druides genus alterum describit militare: Alterum genus, inquit, equitum est. Ii, cum bellum aliquod incidit, omnes in bello versantur; atq; eorum, ut quisq; est genere copiisq; amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesq; habet. Quæq; alia sequuntur. Au-*

Galli <sup>¶</sup> bellicosi.



diatur pariter *Justinus* l. 2 4. *Gallorum gens aspera, audax, bellicosa dicitur; quòd prima post Herculem (cui ea res virtutis admirationem & immortalitatis fidem dedit,) Alpium invicta juga & frigore intractabilia conscendit loca.* Galli galli sunt videlicet; nec frustra nomen hoc seu à seipsis, seu ab aliis obtinere gentibus. *Stephanus Forcatulus & ipse Gallus celebris, ingenium Gallorum convenire etiam cum qualitatibus gallorum statuit in Aviario civil. jur. cap. 10. num. 3. allegans C. venerabil. qui fil. sunt legitimi.* *Monf. Charron en l'histoire universelle chap. 13. p. 47. Galli optimi proprietates refert, quòd sit circumspectus, vigilans, primum se ante gallinam excitans, subditos suos bene gerens & foecundans, granum ex palea eliciens, & illud proprie distribuens.* Sed extra jocum, naturalia sectemur: *Gallus animosa avis est & iracunda: incertando pertinax, dum pugnam init fortiter, & urget acriter, feliciterq; finit.* Avis superbissima semper sibi tribuit majorem quantitatem. Per fores cum incedit, inclinare caput solet, ne lædatur. Sed è diverticulo in viam redeamus.

¶  
*Equitatu præstant.*

*Equestri certamine melior;*) De præstantiâ equitatûs Gallici non pauca passim *Cæsar*; qui videndus cum *Plutarcho* in *Pompeji & Antonii* vita. Neque olim ita saltem; hodieq; robur maximum in equitatu gentis suæ ponunt Galli. *Monf. Bellay* en liv. 1. de ses memoires: *La gendarmerie de France ne se laisse comparer à autre nation.* Audiamus *Claudium du Pré*, en l'abbregé de la vraye origine des François, liv. 1. chap. 4. p. 16. *Les Turcs disent, que il n'appartient à homme du monde, d'estre chevalier, s'il n'est Turc, on François.* Pertinet huc quoque testimonium *Sieur D. T. V. Y.* en ses Discours de l'Estat du Royau-  
mes



mes de Fr. titr. les forces de France, f. 67. *Le nerf principal de la milice Françoise consiste aux gens de terre, & plus en cavallerie, qu' en l' infanterie, pource que la commodité à mis en plus grande reputation la Cavallerie, qvi estoit autrefois toute de Gentils hommes, & par consequent, fort vaillante.* Sed ne domesticis duntaxat testibus rem stabilire videamur, *Lansio parumper auscultandum.* Sic ipse in, pro Gall. Oratione: *Galli præstant non solum equitatu, quo omnibus populis præripiunt primatum; adeò, ut jam olim in bello Africano equites minus XXX. Galli, Maurorum equitum (qvæ tamen gens eo militia genere maxime pollebat,) duo millia fugarent: nec Parthi, Antonio cum illis bellum gerente, aliter coërceri aut frangi potuerint, qvàm Gallorum equitatu.* Multis etiam ab annis didicerunt hactenus industriæ advescere navali. Ne commemorem res seculi superioris, pertinet ad famæ nominisq; perpetuitatem, quod ante hoc decennium in Creta insula pro Candia defensione, ante lustrum in Sicilia à Gallis gestum est.

*Ignara perfidiæ, publico præsertim consilio,)*  
De priscis quidem Gallis *Hirtius* in bello Africano scribit: *Copias habebat Cæsar, in Gallia bellare consuetas locis campes-tribus, & contra Gallos, homines apertos minimeq; insidiosos, qvi per virtutem, non per dolum dimicare consueverunt.* Laudavit suo adhuc ævo probitatem Gallicam in publicis *Philipp. Cominæus* hist. l. 5. c. 18. Nec sine stomacho contra dissentientes excusavit *Sieur de la Motte*, Tom. I. de ses oeuvres, de François, pag. 347. ubi de *Procopio* disserit, *Gregoriiq; Thuronensis* testimonium examinat, sic scribit: *Je trouve encore, que nostre Historien (Gregoire de Tours) fait faire*  
*une*

¶  
An perfidi?



une action à Theodebert, qui ne s' accorde pas avec ce, qu' il avoit dit un peu auparavant, que les François estoient les hommes du monde, qui gardoient le moins leur foy &c. Ubi reprehendit eos, qui fidem Gallicam cum Punica & Græca comparant. Sed si fatendum verum est, perfidia in publico commissa nullo, vel probabili colore, excusari debet in Parisiensium immani laniena tragicarum A.1572. Bartholomæi die nuptiarum. Candidissimum *Thuanum* sanè in eadem describenda puduit, secutum potiùs *Papiniani Statii* hos versus:

*Excidat illa dies ævo! nec postera credant  
Secula: nos certè taceamus, & obruta multà  
Nocte regi propria patiamur crimina gentis.*

*Dominus du Plessis Mornay* en ses memoires p.624. *La France*, ait, en à perdu son honneur en toutes nations, & les plus barbares ont esté contrains de dire. Quid? quod etiam *Nicolaus Pasquier* lib.8. Epist. p.693. diem illam, (aut noctem potiùs) Bartholomæi nominat *journee malheureuse & detestable*, pour la reputation Française. Recentiora hîc commemorare, odiosum.

¶  
*Exitiosi sibi  
ipsis.*

*Indomitæ intra se molis, — sola est in exitium sui potens.*) Exteros adversus hostes satis emunita, à Natura Gallia. Externè non solùm utroque mari montiumq; tegitur objectu; sed & intrà sui viscera tot fluminum interlabentium perenni cursu, velut fossis, custoditur. Vis sita maxima in Monarchico regimine: Gallorum vigor, vigilantia, fortitudo, Regni opes, genius, gynecæum, quæ non hæcenus incredibilia patrârunt? Hæc tanta tamen vis & moles quoties exitio præsentis sibi sola fuit?  
Vid.



Vid. Oratio *Henrici Stephani* ad Augustissimum Imperato-  
rem *Rudolph. II.* Volumine I. Oration. Turcic. p. 247. Quid,  
quantumq; passa olim Gallia à turbatoribus! quid à secta-  
riis! illis scilicet *Papilionibus*, de quibus *Gramondus* egit in  
hist. Gall. l. 9. ad Ann. 1620. Sistitur ap. eundem l. 6. sub init.  
ipsemet Rex LUDOVIC. XIII. loquens: *Hùc industriam se-  
dulò & quodcunq; laboris contulimus, sepè sectariorum pro-  
ditiones conservanda paci dissimulavimus.* &c. Jam quid  
non ante annos ferè quadraginta, per discordias civiles a-  
ctum est in Galliâ? Plena est profectò querelarum elegans  
historia *Prioli* lib. 2. 5. 6. 8. atqve 30. Disturbatum Regnum  
florentissimum à Curia Parisiensi tunc prædominante, &  
regiminis administrationem, constituto ad id tempus Rege  
sub tutela, affectante. Quamquam illa disceptatio nec no-  
va, neque semel tantum agitata. Nam & *Carolo IX.* & *Fran-  
cisco I.* & *Henrico IV.* Regibus cum Senatu controversia re-  
ciprocata eadem. Præter alios Scriptores diligenter illam  
retulit *Henricus Davila* Hist. l. 3. in civil. bello. Factum igitur  
ut olim, sic tum quoque, ut dicundo tantum juri Curia  
vacare juberetur, Regni publicis negotiis remotis. Sæpius  
deinde à Potentiorum intemperie processum in extrema  
ibi fuit. Inde *Ludovicus XII.* Rex dictitabat: securitatem  
suam horum castigatione confirmari. *Gvicciardin.* 4. hist.  
Ace rimas quæsitæ certè artes memorat *Thuanus* lib. 57. &  
examinat eruditissimus *Forstnerus* ad 2. *Tacit.* Annal. not.  
ut restringeretur ille animorum æstus.

*Ubi in externos exundat, statim impetûs sui  
oblita.)* Verè dixerat *Barclajus* ante: multum etiam in  
mari præstituros Gallos, si, quàm equis, tam navali indu-  
stria advescerent, spesq; ut subitas, ita longas ferre possent.  
Cur Galli olim habitæ in primo prælii congressu plus quàm

B

Viri,

¶  
Mobiles mu-  
tabilesq;.



Viri, minùs postea quàm foeminae valere? inquisivit altiùs  
in causam Scriptor ex Italia *Amadio Niccolluci* lib. 3. de dis-  
corsi politici & militari c. 35. p. 374. *Petrus Firmianus* non  
disimulat in somniis Sapientis ad *Gyg.* Gallum additis;  
somm. 3. de *Cadmæa Nobilit.* *Rapidissimè quàmvis feratur*  
*Sol, lux tamen illius, respectu nostri, gradaria est; sensim*  
*namq; se ostendit, & ideo placet, mereturq; oculorum suffra-*  
*gium.* — *Sed absq; aurora sæpè fulsit in Galliis meridies;*  
*& hoc fortunæ concitatoris prodigium sæpè mirati sunt ex-*  
*teri, apud quos altitudo illa modestæ expectationis solet esse*  
*patientior. sed hoc nobis peculiare est, ut præcipi-*  
*tanter quodcunq; agamus, neq; ad subita moveamur;*  
*quæ in tardiori populo stuporem non modicum facerent.* Hoc  
certum, inconstantiam in consiliis actionibusq; Nationes  
exteras vertisse semper vitio Franco-Gallis. *Ossatius* Cardi-  
nalis interim ad magnam solummodò restringit gentis  
partem, lib. 9. Epist. 325. *Pierre d' Ancre* verò patrocinium  
suorum civium suscipiens, largitur inconstantes dici posse  
Franco-Gallos hætenùs; sed inconstantiam eorum magis  
esse præjudicialem atqve tolerabilem, quàm cæterorum,  
i. e. Germanorum, Hispanorum, Italicorum, Anglorum, Ve-  
netorum. De horum enim vitiis defectibusq; lib. 4. en ta-  
blau. *de l' inconstance* agit fusiùs. *Gabr. Barthol. Gramon-*  
*dus,* Senator Regis Consistorianus, Curiaq; Tolosanae Præ-  
ses in *Hist. Gall.* lib. 4. circ. fin. inconstantia ac mutabilita-  
tis parùm gratae specimen Principibus Germaniæ duobus  
Potentissimis acerbâ exprobrat injuriâ; de quâ silendum  
potiùs. *Nostre impatience au travail & aux autres incommo-*  
*ditez de la guerre, qui se fait sur terre, nous y a souvent por-*  
*tez à comettre des grandes fautes:* scribit *Dn. de la Mothe,* loc.  
*sæp. alleg. tit. de l' art des Pilotes, p. 85.* Ple-



Plerasq; per orbem terrarum provincias <sup>¶</sup> Dudum per  
 frequentibus victoriis subegere.) Antiquissimis orbem noti.  
 temporibus Italiam, Græciæ, ac latè patentis Asiæ complu-  
 res regiones, terram sanctam (Gotifrido Bullionæo Duce,)   
 Genuensium Remp. Neapolim, Siciliam Longobardiamq;  
 (& quis singulas enumeret?) fecerunt sui juris. Memora-  
 bilis omninò locus ex Trogo Pompejo apud Justin. est hist.  
 l. 25. non procul ab initio: Gallorum eâ tempestate (post „  
 mortem Alexandri M.) tantæ fecunditatis juventus fuit, „  
 ut Asiam omnem velut examine aliquo implerent. Deniq; „  
 neq; Reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu ulla „  
 bella gesserunt. Tantus terror Gallici nominis & armorum „  
 invicta felicitas erat, ut aliter neq; Majestatem suam tu- „  
 tam, neq; amissam recuperare se posse sine Gallicâ virtute „  
 arbitrarentur. Itaq; in auxilium à Bithyniæ Rege vocati „  
 Regnum cum eo, partâ victoriâ, diviserunt, eamq; regionem „  
 Gallo-Græciam cognominârunt. Quæ cum accuratissimè „  
 pernosset Lansius, pro Gallia Oratione, mutuatus ex egre-  
 gio Poëta versûs canit;

— — — — — Per omnem

Invecti Europam, quasi grando Aquilone vel Austro  
 Importata, gravi passim sonuere tumultu.  
 Scit Romanus adhuc, & quam Tarpeja videtis  
 Arx attollentem caput illo in monte superbum,  
 Pannonæ Æmæthii nôrunt, scit Delphica rupes.  
 Intravere Asiæ fines: prope littora Ponti,  
 In gentem credere novam, quæ tenditur usq;  
 Ad juga Pamphiliûm, Garamantica sidera contra,  
 Inter Cappadoces posita & Bithynica regna.



Fidem porrò faciunt gestarum rerum magnitudini tot per Orbem sparsæ Gallici nominis colonix. Longissimum enumeratu, nec unius foret clepsydræ, exspatiari in Annales, & ostendere ex omnis ævi veteri historiâ, quò Galli olim atque olim penetrârint.

¶  
In acquirendis  
feliciores, quã  
in retinendis.

*Sed mox hostes malè domitos, fidentiùs, quàm par erat, contemnere, aut, simulantibus obsequium credere, inconsultâ laxâq; bonitate. Tum licenter uti victoriâ, & præter illarum gentium indolem. Ad extremum, oblivisci armorum, aut ad patriam suam respicere, cujus diu absentiam ferre non possunt. Per hæc vitia cessere in prædam his ipsis, de quibus triumphabant; læta semper bellorum initia atroci exitu corrumpentes.)* Rationibus *Barclaji* hîc enumerandis ordine, sequentem addit Scriptor Italus, *Vittorio Siri, del Mercurio, Tom. I. l. I. per la loro innata instabilità.* Perditæ libidinis excessibus adscribit plurima *Limnaeus l. I. Not. R. F. c. 3. Hoc novi, (inquiens ibid. p. 65.) circa Annum 1495. frequens libidinis illud exercitium Gallis in Sicilia extiosum fuisse, Vesperis per Orbem notissimis: ad Neapolim autem morbo famoso onerasse, ut communis fert opinio, qui adhuc hodiè morbus vulgò audit Gallicus.* Plures meritò ac graviores causas allegare placuit *Barclajo* arbitranti. Ecce etenim, occurrit (1.) *impetus nature præceps.* Vox antiqua *Flori* fuit 2. *hist. Rom. 4. Experimento deprehensum est, quòd sicut primus impetus eis major, quàm Virorum, ita sequens*  
mi-



minor, quàm foeminarum. Quæ simpliciter non placet Co-  
minæo in commemor. rer. gest. l. 8. c. 7. Vulgò jactatur, ait  
ibi, hoc Gallorum ingenium esse, scripseruntq; Itali historiis  
suis, ut plus quàm viri sint in aggrediendis rebus, in deserendis  
verò ultra foeminas imbelles. Prius ego sanè crediderim;  
sunt enim primo congressu prorsus intolerabiles equitis Gal-  
licani impetus; sed in recedendo nulla non mundi natio mi-  
nùs animosa est, quàm cum domo proficiscitur. Prius asserit  
κατ' ἐξοχλὸν de Gallis posse dici; posterius non solis ipsis tri-  
buendum esse. (2.) Hostium contemptus. Mater nempe in-  
fortuniorum omnium securitas; & hostium contemptus  
contemnentibus exitio plerumque fuit. Mater timidæ  
non solet flere. Rationem reddit Aristoteles; timorem ete-  
nim præbere consultationis modum, consultationem ve-  
rò sapientiæ. Semper enim qui timidiore sunt, circumspe-  
ctiores ideò creduntur. Cum facilius opprimatur nemo  
aut incurrat mala, quàm qui nihil timet. (3.) Neglectus di-  
scipline ac prudentiæ; dum simulantibus obsequium tam  
credunt facilè, per laxam atque inconsultam bonitatem,  
armorumq; oblivisci solent. Quamobrem Casaneus liv. i.  
de la recherche de droictz du Roy, & de la Couronne de Fran-  
ce, chap. 7. p. 354. Il seroit à desirer, que les François eussent  
autant de conduite pour conserver, comme ils eut de valeur  
pour acqverir. Sæpiùs, ut notat idem Casaneus, effrege-  
runt portas Mediolanenses & Neapolitanas; discesserunt ta-  
men inde, antequàm cogerentur. Hispani semel eò tan-  
tùm profecti sunt; sed adhuc ibi subsistunt. Natum inde  
notum illud Italorum: *I gigli di Francia non posso-  
no pigliar radice in Italia.* (4.) Abusus gloria & vi-  
ctoriæ ad vanitatem, dum licenter eâ uti, aut abuti solent.

B 3

Non



Non ignota Brenni apud Delphos expeditio, Pausaniâ, Justinno atque Diodoro testibus. De Camillo Senonum Gallorum domitore Livius, Plutarchus, Florus adeundi. De Gallis in Insubria & Liguria, apud Genuenses maximè tam infelicitè exceptis sæpenuerò, Bellayus pariter ac Guicciardinus passim. De iisdem in Sicilia testatur Vesper Siculus; quò uberior facit lectio Thuani, Baronii Tom. 2. Annal. in vit. Urban. II. & Joann. Mariana: ut supersedere nobis liceat historiis tot enarrandis. (5.) Excessus Veneris; dum lascivire nimis solent, præter gentium victarum indolem. Ingenuè, ut solet, Comineus lib. 7. hist. c. 6. extr. *Quocunq; veniebamus, à vulgo hominum pro divinitus missis habebamur, adeò fidem & probitatem nobis accredebant, quam tamen opinionem brevi posuere tam malis nostris moribus, quam inconsultis consiliis. Quibus accedebant inimici, omnibus triviis declamantes, rapere & ferre nos, quæ possemus, barbarè omnia, muliebriq; sexui nullam violentiam abstinere. Penes Italos non alio poterant nos crimine exosiores facere; est enim tenax suarum rerum & Zelotypa cum primis natio: quoad foeminas mentiebantur isti; reliquum non prorsus negaverim.* (6.) Nimius amor patriæ, cujus absentiam diu ferre nequeunt.

¶  
Gallorum elegantia virilis.

*Nullis mortalibus indoles ad speciem virilis elegantia magis facta.)* De genio Gallorum quidem, sed non levium aut plebejorum hæc intelligenda. Pulchrè illam in rem Chapuzeau tab. 4. de la France, p. 307. *Je diray donc, que naturellement les François ont l'esprit bon, & une vivacité, qui leur fait concevoir proutement les choses. — — Qu'ils ont de grandes inclinations à la vertu, qu'ils sont francs & genereux, & que tous les Étrangers louent*



loüent de leur maniere de vivre. Quæ est autem illa species virilis elegantia in Gallis? In vultu scilicet & cultu sita. Gravitate sæpiùs invisam Teutones, Hispani fastum atque arrogantiam intolerabilem, virilem gravitatem Itali, interq; eos Veneti inprimis, Galli autem elegantiam in verbis, vultu, cultu, ceremoniisq; probant. *Sieur de la Mothe le Vayer* Gallorum ista idiomata inclusit paucis his, Tom. prem. des oeuvres, de la contrarietè d' humeurs, p. 157. *Les François d' ailleurs, francs, hospitaliers, liberaux, religieux, sans ceremonies; &c.* Elegantiæ virilis genio *Barclajus* hæc videtur accensere: (1.) *oris habitum intrepidum*; quandoquidem humanitati *παρρησιου* miscet: (2.) *motum corporis gestumq; alacrem*, nec tamen indecorum: (3.) *Vestitum varium compositumq; semper*: (4.) *Artificium flectendi corporis*: (5.) *Leptorem insitum ac gratiam fluentem suâ sponte*, nec vel affectatos, vel coactos mores.

*Oris intrepidi habitus, motusq; atq; gestus, qui totum corpus decent.*) Præfenti animo, loqvaci lingvâ, irretortis oculis, audaci gestu, subeunt conspectum maximorum etiam virorum Galli; licet quidam sæpè etiam de tribu levi homines esse videantur. Non sunt *μισάνθρωποι*; non in commune melancholici, qui torvum videant: pro ni potiùs ad alloqvendum, conversandum, gestu mobiles, vultu hilares, parati semper ad saltandum, aut gesticulandum. Ad motûs corporis & gestus pertinet peritia saltandi; quæ *an deceat personas graves, Regias & Principes?* expendit *Dn. de la Mothe le Vayer*, loc. sæp. alleg. de l' instruction de Monseignr. le Dauphin, p. 94. dicitq;: *Il y a des humeurs si austeres, qu' elles croient, la Danse incompatible avec la sobrie-*

¶  
Gallorum motus, gestus, saltus.



brieté, & à plus forte raison avec la Majesté Souveraine, où se trouve l'union de tante d'autres vertus. &c. Adducit pro sententia affirmativa exemplorum segetem, Davidis, Thesei, Achillis, Pyrrhi, Epaminondæ, Alexandri, Scipionis, & judicia Philosophorum veterum in Græcia & Latio. Denique inprimis laudat Pyrrhiam ac militares choreas, sva- detq; Principi, inprimis juniore. Nepos in Epaminondæ vita scribit: Scimus, musicen nostris (Romanorum) moribus abesse à Persona Principis; saltare verò etiam in vitiis poni. quæ omnia apud Græcos & grata & laude digna ducuntur.

¶  
An Viros de-  
ceat, & quate-  
nus?

Hic decor virtutem ingentium Virorum  
adornat; exiguis autem animis pro fuco est, ac  
veluti naturali munimento, quo suam humili-  
tatem abscondant, aut mitigent.) Quatenus est  
*παρρησία* temperata atque *ικανότης*, magnos maximè exornat  
Viros, mediocres decet, minimis non nocet. Gallia hæc  
parte est Europæ lumen; Gallie dexter oculus  
Lutetia; Lutetie pupilla Aula. Quod si tamen in  
excessum vertat lepida hæc indoles, à levitate illa abest pro-  
ximè, quam notat Alexander de Pont. Aymery en l'Acade-  
mie de la Noblesse Françoisse.

¶  
Elegantia ve-  
stitus sine fine.

Venustè compositi qualemcumq; vestitum  
de suæ mutationis infinita serie, tanquam de in-  
exhausto penu depromserint,) Vestitus mutabilita-  
tem nationes aliæ dant vitio, aliæq; imitantur simiarum  
more. Limnaeus Gallos ipsos vanitatis hujus arbitros pro-  
duxit quosdam l. i. N. R. F. c. 3. p. 44. seq. Lansius non potuit  
abs



abs se impetrare, quin in Orat. contra Gall. interrogaret:  
*Quò perniciosam & maximè variam vestimentorum va-  
rietatem Gallie, novitatis semper studiosa, semper hic peccan-  
tis, nisi ad Furiam (legem) tertiam referam? Quis Proteus,  
quis Vertumnus, quis Chamaleon præ Gallo toties mutat, to-  
ties alius est? Ut taceam, in Regum Aulis id vestis genus,  
quod gestari manè cœpit, vesperi pro obsoleto haberi.  
Conf. eò Henr. Steph. in Apolog. pro Herodoto, Rob. Ga-  
guin. lib. 8. in vit. Valesii.*

*Vicina gentes, ridiculo errore deceptæ, ad  
illorum quoq; mores, per earundem vestium ac  
motuum variam imitationem putant se accede-  
re; ignaræ lepōris & gratiæ virtute in non-  
nullis hominibus uni genio cuncta placere; in  
aliis autem, in quibus Natura ad hos mutabiles  
habitus propitia non est, ejusdem venustatis imi-  
tationem & curam ingratham ac ludicram esse.)*

*An Helvetii, Itali, Hispani? Non sanè. antiquum enim ob-  
tinent. An Angli Bataviq;? Multum hi quidem, sed Ger-  
mani nostri maximè eosdem æmulantur & affectant lin-  
gvâ, mercibus, ministris, moribus, cultu, vultu, vestimen-  
tis, exercitiis. Jurares Jovem lapidem, Gallorum a-*

*nimis magnetem, Germanorum implantatum  
ferrum esse. Affectandi amor impotens obstupefe-*

*fecit sensûs dulci exterorum philtro. Oculis nil facere satis  
amplius, nisi quòd vel India, aut, si propius res arcessenda  
sit, Italia, Gallia, Belgiûmve subministrat. Hoc genio Ger-*

¶  
Germani ma-  
ximè Gallo-  
rum æmuli.

¶  
Κακοζυλίας  
Germanor.  
vapulat.

C

mani



mani agitatur. Displicere ædes quoque solent, nisi ad magna palatia assurgant Italorum; aut ad brevi duraturam Batavorum elegantiam non componatur tessellatum opus. Nec raræ artis opificium habetur, nisi ab artifice profectum manu transmarini hominis. Harmoniam aures fastidire etiam suavissimam occipiunt, nisi *Siren* aliqua *Romana*, aut *Anconianus* spado glotoraverit. Acroama divinum appellare debuissim; si Germani nullo eò adspirare modo quoque possent. Quis pannis, vellere, aut lanificio Germaniæ contentus, si vel tolerabili redimere impensâ possit, non affectat serica, aut holoserica? Sic in vectis aliunde accoemtis pretio quantovis ineptissimè abutitur Germania, & rerum gerundarum nervos frangit, dissipat, ac projicit. Quocunq; tamen mentiantur modo genium ingeniumq; Gallicum (ut ad priora redeamus,) simiæ; non illud expriment internum, quod inseruit Natura Gallis & impresit.

¶  
Gallorum  
virtutes atq;  
vitia, horumq;  
simulacra.

*Virtutes & vitia possunt à nobis non multum operosâ simulatione effingi, quia ideò ingentibus latebris reconduntur nostri sensus; ut vix ullus deprehendat, veris an extemporaneis affectibus deducantur. Sic facile humilitatem simulabis, sic odium, amorem, pietatem.)* Virtutes atque vitia Gallorum in compendio exhibuit Dn. *de la Mothe le Vayer* Tom. I. operum ex *Fabricio Campolino Veronensi*, tit. de la contrarieté d' humeurs, pag. 157. *Les François sont francs, hospitaliers, liberaux, religieux, sans ceremonies, bons Cavalliers, mais volages, plein de boutades, causeurs, medisans de leur compatriotes, chez les Estrangers, ne pouvans souffrir la faim, ny les autres incommoditez, de la gverre,*  
com-



combattans plus de forces du corps, que de l'esprit, & avert plus de ferocité, que d'artifice & de conseil. &c. Uberiora alia, ad Gallorum mores accuratè pernosceudos facientia, in fine Dissertationis hujus relaturi sumus. Consulatur Autor interim de l'Estat du Royaume de France, tit. *Moers de François de ce temps*, f. 85. seqq. ubi ordine prolixo admodùm exponit mores *Parisiensium*, (de quibus necessarium notatu, quòd sint, ut ait, *extremement desireux d'argent, de sorte, qu'il n'y a chose du monde, qu'un Parisien n'entreprenne pour en avoir cecy, soit dit aussi bien, que l'autre chef, pour le regard des personnes de basse condition; & quæ sequuntur.*) *Carnutensium*, (les Chartrains) *Bloisensium*, (les Citoyens de Blois) *Vendonicensium*, (les Vendomois) (*Aurelianensium*, (ceux d'Orleans, quos breviter, sed exquisitè laudat) *Senonum*, (ceux de Sens) *Campanorum*, (Champenois) pluriumquæ. Cæterùm de latitantibus animi affectibus moribusquæ; conjectandis accuratè ac ex institutò egit *Scipio Claramont*. Eqves *Cæsenas* l. 9. maximè, à cap. I. usque ad VII. & *D. C. P.* in *Politico scelerato impugnatò*, passim.

At verò quæ non magis imperio animi, quàm usu & extremo corporis obsequio perficiuntur, eorum imaginem in te transferre, reluctante Naturâ, non poteris; ut est aptitudo corporis, prompto habiliquæ, decore idonea, ut hilaris jocandi facilitas, & omninò eloquentia non in præcordiis, sed summo ore nata. Hæc autem cum in Gallica consuetudine emineant, egerimè te ad illius similitudinem transferes, nisi se tuus genius huic indoli spontè admovent.) Ingenia coacta malè respondere, vetus verbum est. Nec minus dictum illud etiam ex tripode: *Tu nihil invitâ dices faciesvè Minervâ*. Rationem alius Poëta reddit: *Naturam expellas furcâ, tamen usquæ re-*

Affectatio coacta Germanorum malè audit.



*curret.* Cum consuetudo tamen altera Natura aliàs dicatur, usu accedente crebrò fit, ut sequax genius artificio obtemperet. Invehitur in tales ex Germanis simias, stolidèq; affectantes exterorum mores *Lansius* Orat. pro German. *Quantus*, inqviens, eorum numerus est, de quibus spes concepta erat, fore, ut aliquando *Agamemnonis* personam sustinerent; qui tamen ex Italia, aut alio voluptatum stabulo reduces, ubi perduto ætatis vere intra paucos menses, aut annos, sibi tristissimam vitæ hyemem accelerârunt, domi vix *Iheristen* agere potuerunt! Quis satis Germanus, quis satis vir domum revertitur? Scapulas contrahendo attollere; in amico salutando, pronis cervicibus & vestigiis verrentibus terram, dexteræ tibiæ illius integumentum infra genu timidissimâ manu libare; capillum in varios gyros frangere; ad muliebres blanditias vocem extenuare; mollitie corporis cum fœminis decertare, & immundissimis se excolere munditiis; ad numerum ire, salire, garrire: hæc peregrinatorum nostratium nunc specimina sunt. Conferatur idem aliâ Orat. contra Germ. p. 883. seq.

¶  
Gallorum hospitalitas.

Nunquam Orbis dignas gratias hospitali Gallie habebit, quæ humanitatis templum videtur aperire, quò se omnium exterorum fortuna conjiciat.) Sed de Germanis *Cæsar* VI. de bello Gallico præcipuum fert hospitalitatis testimonium: Hospites violare, fas non putant. qui quaq; de causâ ad eos venerunt, ab injuriâ prohibent, sanctosq; habent. his omnium domus patent victusq; communicatur. Fide dignior testis *Tacitus* in de Germanorum moribus libello c. 21. Convictibus, ait, & hospitibus non alia gens effusius indulget. Quemcunq; mortalium arcere tecto nefas habetur: pro fortuna quisq; appa-



apparatis epulis excipit. Cùm defecerit, qui modò hospes fuerat, monstrator hospitii & comes proximam domum non invitati adeunt. nec interest; pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumq;, quantum ad jus hospitii, nemo discernit. Abcunti, si quid poposceris, concedere moris: & poscendi invicem eadem facilitas. *Προξενία* hæc aut nullibi hoc ævo tanta, aut in hospitali *Svedia* nunc superest. Non tamen defraudandi penitus elogio innatæ hospitalitatis Galli. *Franeos* hospitales *Salvianus* quoq; appellavit, lib. 7. de gubernat. Dei. *Les François sont hospitaliers envers les estrangers, quoy qu' ils ne leur rendent pas le reciproce:* scribit *Loyseau* des Ordres, chap. 5. n. 113.

Neq; communi ceterarum Regionum errore in inquilinis ac advenis nascendi sortem

¶  
An talis in exteris, ubiq;?

punit.) Non puniunt privati quidem; punit interim *viscosus Fiscus*. Est hic enim, quod desiderarunt & desiderabunt advenæ: Germani maximè, tam copiosi hospites, in Galliis si quando moriantur. Gentium nimirum jure se privari conqveruntur, ut morituris nulla testamenti copia condendi, mortuisqve nihil, nisi anima superstes relinqvatur. Vide fusiùs qverentem *Dn. Limnæum* l. 2. N. R. F. c. 7.

Amor virtutis eximios Viros, qui undiquaque prodierint, sine invidia miratur, & suâ opulentia gaudet augeri.)

¶  
Liberales admodum in Viros inclytos.

Illustrissima Naturæ argumenta sunt communia sanguinis & matrimoniorum jura; nec vel à pectore solùm aut pedibus, sed ipsius capitis necessitate deducenda. Neqve illud minimum, quòd liberales in eximios clarosqve Viros exteris stipendiis amplissi-



plissimis donariisque extiterunt, etiam Ministri quidam Regii, inter opulentiores primi. Res omni ævo memorabilis habenda foret, si de suo adeò magnificus fuisset quondam *Nicolaus Fouquetus*, Vice-Comes de *Melun*, Christianissimi Regis Procurator olim Generalis in suprema Curia, ærarii que sacri maximus Præfectus olim, sed infelicissimè impactus fato suo.

¶  
Et in Heroës  
exteris, quos  
inter primus  
*Mazarinus*,

*Tum etiam tot hospitem fortunam ac famam, qui Gallico corpori non indignâ, aut inutili adoptione inserti sunt.*) Ne innumera sectari hîc exempla ea que communia duntaxat videamur, omnium instar esse possit, quòd Eminentissimum ex Italia *Julium Mazarinum*, Cardinalem universa meritò suspexit Gallia, & virtutes admirata penitus divinas & incomparabiles Herois tanti est. Pænitere potuit Lutetiam hunc tantum aliquando expulisse hospitem; non aut pænitere debuit aut suppudere, gaudio majori recepisse. Ea etenim regimini admotus gessit per Europam, quæ (ut graviter scienterque judicavit *Benjamin Priolus* 1, rer. Gallic. 10.) mirabundus Orbis stupuit. Suppar aliud, nec id vulgare etiam occurrit nunc exemplum de *Schonbergiis* Comitibus ex Germaniæ præcipuâ Nobilitate. De quibus videatur *Carolus Kirchmajerus* à *Reichwitz* / (Agnatus meus venerabilisque Senex, jam beatus,) in de *Les Sur-intendants des Finances de France* libello; capite peculiari de *Schonbergiis*.

## APPENDIX

Comparationis differentiaeq; inter mores Gallicos Hispanosq; elegantis ex Dn. *De la Mothe le Vayer*,  
Re-



Regi Christianissimo, LUDOVICO XIV. à Consiliis Statûs  
Administ. olim atq; Institutionibus Ordinari. Tom. I.  
Operum, f. 157. tit. de la contrarieté d'  
humeurs.

**L**E François est grand de corps, l'Espagnol petit, le premier  
à le poil ordinairement bloud, l'autre l'a noir; l'un  
porte les cheueux longs, l'autre courts; le François mange  
beaucoup & vistement, l'Espagnol fort peu & lentement; le  
François se fait seruir le boüilly le premier, l'Espagnol le ro-  
sty; le François met l'eau sur le vin, l'Espagnol le vin sur l'  
eau; le François parle volontier à table, l'Espagnol n'y dit  
mot; le François se promene apres le repas, l'Espagnol s'assi-  
et au moins s'il ne dort; le François soit à pied, soit à cheval  
va viste par les ruës (d'où vient, que Boccalin pour bien pu-  
nir Ronsard, le monte sur un cheval, n'allant que le pas,  
sans luy donner de gaule ny d'esperon,) l'Espagnol va tous-  
iours fort posément; Les laquais François suivent leurs  
Maistres, ceux des Espagnols vont devant; le François pour  
faire signe à quelq'un devenit à luy, hausse la main & la  
ramene vers le visage, l'Espagnol pour le mesme sujet bais-  
se la sienne & la rabat vers les pieds; le François donne un  
baïser aux Dames en les salüant, l'Espagnol ne peut souffrir  
cette privauté; le François n'estime les faveurs de sa Mai-  
stresse qu'autant, qu'elles sont conneuës pour le moins de ses  
amis, l'Espagnol ne trouve rien de plus doux & en l'amour  
que le secret; le François demande l'aumosne avec mille  
submissions de gestes & de paroles, l'Espagnol avec gravité  
& sans bassesse, pour le moins s'il ne passe jusques à l'ar-  
rogance; le François réduit en necessité vend tout horsmis  
sa chemise, c'est la premiere chose dont l'Espagnol se défoit,  
gar-



EXTRA 117  
gardant la fraize, l'espée & le manteau jusques à l'extre-  
mité; le François porte ses habits d'une façon, l'Espagnol  
d'une autre, qui n'arien de semblable à les considerer de  
pied en cap; le François met le matin son pourpoint tout le  
dernier. l'Espagnol commence à s'habiller par là; le Fran-  
çois pour se boutonner prend du collet vers la ceinture, l'  
Espagnol tout au rebours ferme le bar premierement & finit  
sous le menton; le François met le pourpoint bas pour se  
battre en duel, l'Espagnol prend alors une jaque de maille  
s'il peut; le François croit, qv' il n'y a que des escrouelles  
en Espagne, & fait peur à ses enfans d'un Espagnol comme  
d'un demon infernal; l'Espagnol tient tous les François  
aussi gueux que ses aguadores de Madrid, les trouue ga-  
naches, & croit qv' ils ne sont nais, que pour faire rire le  
monde; le François se voyant contraint d'estimer le uin d'  
Espagne, & d'auoüer que les draps, les chevaux, les gans,  
& sur tout les pistoles y sont tres-bonnes, adjoustera aus-  
tost qv' il n'y arien qui vaille en ce pais-la que ce qv' il ne par-  
le point; l'Espagnol obligé de reconnoistre qv' il se nourrit  
des bleds de France, & se sert utilement de son sel, de ses toi-  
les, de ses cordages, & de mille manufactures qui luy en-  
viennent, assurera que ce n'est que par le mespris que font  
ceux de sa nation de cultiner leur terre, & de trauailler aux  
arts mechaniques, n'estimans que le mestier de la guerre,  
sans jamais donner aucune superiorité à la France. Qv' il  
dira, faisant reflexion sur toutes ces antitheses & plusieurs  
autres qv' on pourroit faire suiure, qv' un François ne  
peut estre mieux defini, qv' en disant, qv' il est  
un Espagnol renuersé.

05(0)50

1077



